



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 57. Perfida Gallorum vindicta contra Saxo-Zeitsiensem Cardinalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII. men ab Augusto Rege obsessa, ac post  
A. C. 1704. biduum dedita una omnes die quinta  
 capti fuere, & Episcopus, uti retulimus, Horatio Papæ Nuntio traditus est.  
 Horum fata vindicaturus Sueciæ Rex, cum exercitu suo Varsaviam movit,  
 atque in Polonia majori Augustum insecurus, inito certamine eum fudit, ac  
 Dresdam usque profugere compulit.

### §. LVII.

#### *Perfida Gallorum vindicta contra Saxo-Zeitzanum Cardinalem.*

*Vit. Card.  
 t. I. p. 335.*

Ea erat tum temporis Gallorum in-  
 temperies, ut varios Principes le-  
 nociniis, promissis, & minis ad suas  
 partes, factionemque pertrahere haud  
 contenti, etiam hos, quos vel neu-  
 trius partis studiosos scirent, vel sibi  
 adversos suspicarentur, pro hostibus  
 haberent, proin vel aperta violentia,  
 vel sicariorum ope clam e medio tol-  
 lendos censerent. Haud ignorabant,  
 quod Cardinalis Christianus Augustus  
 Princeps Saxo-Zeitzanus, Episcopus  
 Jaurinensis, ac Cathedralis Ecclesiae  
 Coloniensis Praepositus a Cæsare ad  
 Coloniensem Electorem allegatus, eun-  
 dem a fædere cum Gallis ineundo ab-  
 sterrere molitus esset, & contra captam  
 Kaiserwerthæ possessionem nomine to-  
 tius

tius Capituli Colonensis reclamans, a Sæc. XVII.  
 Leopoldo Imperatore Administrator no- A.C. 1704.  
 minatus fuisse: occasione inde arrepta,  
 Crucius seu *La Croix*, qui in ea re-  
 gione agminum ad clancularias hostili-  
 tates excurrentium Ductor erat, præ-  
 tensam hanc injuriam violenta Cardi-  
 nalis nece ulcisci statuit: Igitur tres  
 Duces unacum duodecim Gallis mili-  
 tibus clam in Urbem Colonensem im-  
 misit, eisque in mandatis dedit, ut  
 Cardinalem, dum rei Divinæ interfuru-  
 turus ad Carthusianos procederet, in  
 vineis adorarentur, eumque vel vivum,  
 vel interfectum Lovelarium ac inde  
 Luzenburgum abducerent. Ast Deo  
 unctorum saluti invigilante, detestabi-  
 les hi sicarii per Jacobum de Coulon  
 sceleris complicem ex conscientiæ re-  
 morsu tempestive detecti a Magistratu  
 in vincula conjecti sunt. Reclamat  
 audacter Crucius, id belli legibus lici-  
 tum esse caussatus: cum autem Sica-  
 rios, ut atrocissima quæque facinora  
 in innoxios exequendi occasionem nan-  
 ciscantur, sub pacifici ingressus obtenu-  
 in urbes irrepere, nulla lege permit-  
 tatur, hinc novem ejusmodi sicarii  
 perfidiam suam, barbaremque partim  
 publico securis iictu, partim laqueo  
 luere coacti sunt.

O 2

§. LVIII.